

Franckesche Stiftungen zu Halle

Manuale Quadripartitum h.e. Vtilis Ad Intelligentiam Scripturam Regulae à Michaelis Neandri Opusculo Exegetico Depromptum

Neander, Michael

Halae Magdeburgicae, MDCCXXXIII.

VD18 13428160

Pars II.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-200036

Dialogo 8. abstracto, modo in composito. Irenæus una contra cum D. Petro vere asserunt, Christum crucifixum & passum carne, requiescente verbo seu divinitate, ut crucifigi & mori posset.

PARS II.

Bonoster Lutherus *Commentario priori* in Epist. ad Galatas, qui Anno Domini M. D. LIII. in lucem prodiit, & Tom. V. Opp. fol. m. 213. b. seqq. edit. Witt. insertus est, fol. 227. seqq. de *Justitia fidei* heroice ita loquitur:

„Hæc est Justitia, liberalis, gratuita, solida, interna, æterna, vera, cœlestis, divina.
 „Quæ in hac vita, nihil meretur neque accipit, neque quarit. Immo, cum sit in Christum, & non ejus (quod est justitia) sit, ut Christi & Christiana justitia sit una eademque ineffabiliter sibi conjuncta. E Christo enim scaturit & ebullit, sicut dicit Joh. 4. Aquam, quam ego dabo, fiet in eo fons aquæ vivæ salientis in vitam æternam: Ita fit, ut sicut alieno peccato omnes facti sunt peccatores; ita aliena justitia omnes fiunt justī, ut Rom. 5. dicit: Sicut per inobedientiam unius hominis peccatores constituti sunt multi; ita per unius hominis Christi justitiam justī constituentur multi. Hæc est illa misericordia

„dia per omnes Prophetas prædicta. Hæc benedictio, Abrahæ & semini promissa, ut infra videbimus.

„Nunc revertendo ad textum videmus, quam recte Apostolus dicat: Scientes, quod ex operibus legis non justificatur homo, nisi scilicet ex fide Jesu Christi, & nos in Christo Jesu credimus, ut iustificemur ex fide Jesu Christi, & non ex operibus legis; In quibus verbis utramque hanc iustitiam designat, & priore reprobata, posteriorem amplectitur.

„Ita & tu facias charissime frater, audi primum, quod Jesus significet salutem, & Christus unctionem misericordiæ. Et inauditam hanc salutem & misericordiam crede firmiter, & iustificaberis, hoc est, crede eum tibi fore salutem & misericordiam, & ita erit fine omni dubio. Quo circa, satis impie & nimis gentiliter docetur, quando remissio peccatorum, per satisfaciunculas, per contritiones coactas fieri docetur, hac fidei in Christum doctrina prorsus omissa, ut nunc vulgus Sententiarum theologizat.

„Notandum tamen hic, quod opera Apostolus non reprobatur, ut & D. Hieron. hoc loco docet, sed fiduciam operum, hoc est, opera non negat, sed negat per ea quemquam iustificari posse. Unde cum Emphasi & Epitafi verbum Apostoli legendum est, quando dicit: Num justificatur homo ex operibus legis q. d. Admitto fieri opera, sed dico eis non iustifica-

„i

„*non* hominem, nisi coram se & hominibus, &
 „*pro* hujus vitæ mercede. Sint opera, modo
 „*sciatur*, ea esse coram DEO peccata, & jam
 „*non* vera opera. Ac sic funditus destruit justi-
 „*tia* nostræ fiduciam, quod ultra omnia opera
 „*legis*, longe alia justitia opus sit, nempe ope-
 „*ribus* DEI & gratiæ.

„*Item* & hoc observabis, quod opera legis
 „*generaliter* dicit, non tantum ceremonialia, sed
 „*prorsus* omnia etiam decalogi: Quia & ipsa
 „*extra* fidem & justitiam veram DEI facta, tum
 „*non* sufficiunt, tum falsam fiduciam hypoceritis
 „*in specie* sua præstant. Desperandum ergo
 „*omnino* ab omnibus viribus, legibus, volenti
 „*salvari*.

„*Item*, Tropum hunc Apostolo familia-
 „*rem* tibi notabis, quod opera legis, non alio-
 „*rum* usu, vocat, quibus impletur lex ipsa. Nam
 „*hic* sensus in causa est, quod Apostolum pluri-
 „*mi* non intelligunt, qui opera legis, non nisi
 „*justa* & bona intelligere possunt, quando lex
 „*ipsa* bona est & justa, ideo coacti sunt per le-
 „*gem* intelligere ceremonialia, quod illa fuerint
 „*tunc* mala & mortua. Verum errant, lex ce-
 „*remonalis* sicut fuit, ita nunc quoque est bona
 „*& sancta*, quia ab ipso DEO statuta.

„*Apostolus* constanter negat impleri le-
 „*gem* per opera, sed per solam fidem. Quia im-
 „*pletio* legis est justitia, sed hæc non est operum,
 „*immo* fidei, ideo per opera legis non potest in-
 „*telligere ea*, quibus satis fit legi. Quid ergo?
 „*Re-*

„Regula Apostoli est hæc. Non opera im-
 „plent legem, sed impletio legis facit opera :
 „Non iusta faciendo iustus fit, sed factus iustus
 „facit iusta. Prior est iustitia plenitudoque legis;
 „antèquam fiant opera, cum hæc ex illa fluant.

„Ideo opera legis appellat ad differentiam
 „operum gratiæ seu operum DEI; quia opera
 „legis, vere legis sunt, non nostra, cum non
 „fiant voluntate nostra operante, sed lege per-
 „minas ea extorquente, vel per promissa eliciente
 „quod autem nostra voluntate libere non fit, sed
 „alio exigente, jam non nostrum, sed exactoris
 „potius opus est. Ejus enim sunt opera, quo im-
 „perante fiunt, sed fiunt imperante lege, non lu-
 „bente voluntate. Quod satis patet, si cui liberum
 „esset sine lege vivere, nunquam sua sponte fa-
 „ceret opera legis.

„Inde apud Isaïam 9. lex vocatur exactor,
 „quando dicit: Virgam humeri ejus, jugum
 „oneris ejus, sceptrum exactoris ejus superasti,
 „sicut in die Madian. Quia per parvulum, qui da-
 „tus est nobis, in quem credimus, efficimur liberi
 „ac lubentes in legem, ac jam nos non legis sumus,
 „sed lex nostra est, & opera non legis, sed gra-
 „tiæ sunt, ex qua libere & suaviter scaturiunt,
 „quæ lex prius aspere & fortiter exprimebat

„*Quod si quærentes justificari &c.*

„Id est, diximus jam nos in Christum
 „credere, ut justificaremur ex fide Christi. At,
 „si nec sic justificamur. immo adhuc invenimur
 „peccatores & justificationis indigentes (quia
 „ex

„ex operibus legis tu cogis nos justificari) ergo
 „justificatio ex fide nihil est, & Christus sua
 „fide nos peccatores fecit & legis iustitia egentes,
 „quod est absurdissimum & Christum prorsus
 „abolere. Quia sic peccatum nobis ministrasset
 „quod per legem dilueretur, & jam esset legis
 „iustitia melior quam Christi.

„Argumentatur enim Apostolus ab impossi-
 „bili & absurdo, quasi diceret: Si lex necessaria est
 „nobis, qui in Christo quærimus justificari, ergo
 „justificari per Christum adhuc peccatores inve-
 „nimur & legis debitores; Quod si hoc est, jam
 „Christus non justificavit nos, sed peccatores
 „tantum fecit, ut per legem justificemur, quod
 „est impossibile. Quare & hoc est impossibile,
 „legem (inquam) esse necessariam, & operibus
 „legis nos justificari. Justificati enim in Chri-
 „sto non invenimur peccatores, sed iustitiæ mi-
 „nister est.

„Ut autem Apostolum intelligas, advertes,
 „quod sub obscure Mosen cum Christo compa-
 „rat. Nam is est Paulo tropus, quod legem ap-
 „pellat occasionem, virtutemque peccati, ideo
 „ministerium legis, ministrationem mortis &
 „peccati audet nominare 2. Cor. 3. Si ministra-
 „tio mortis in literis deformata &c. Et Rom. 7.
 „declarat, quomodo peccatum per legem occi-
 „derit. Ideo Mosen Ministrum legis, intelligit
 „ministrum peccati & mortis, quod per legem
 „peccatum veniat, per peccatum mors. Quia
 „inquit Rom. 4. Ubi non est lex, nec prævari-
 catio,

„catio, cui opponit Christum, ministrum ju-
 „stitiæ, qui hoc implevit, quod Moses per le-
 „gem exegit. Quod & Joh. I. non omnino tacer,
 „lex (inquit) per Mosen quidem data est, gratia
 „autem & veritas per Jesum Christum facta est,
 „q. d. lex, non autem gratia, nec veritas per Mo-
 „sen, ergo potius peccatum & transgressio per
 „eum ministrata est.

„Igitur Christus non est legislator, sed le-
 „gis impletor, omnis legislator minister peccati
 „est, quia ponit occasionem peccati per legem.
 „Unde veterem legem non per seipsum, sed per
 „angelos ordinavit, novam autem (id est, gratiam)
 „per seipsum dedit missio Spiritu sancto de cælo.

„Credo autem aliquos, quod Apostolus
 „hic negat peccatores esse eos, qui in Christum
 „credunt & justificantur, cum nullus sit homi-
 „num sine peccato, nec ipsemet, ut Rom. 7. &
 „8. de seipso testatur. Respondeo: Omnis,
 „qui credit in Christum, justus est, nondum
 „plene in re, sed in spe. Cæptus est enim justi-
 „ficari & sanari, sicut homo ille semivivus. In-
 „terim autem dum justificatur & sanatur, non
 „imputatur ei, quod reliquum est in carne pec-
 „catum, propter Christum, qui cum sine omni
 „peccato sit, jam unum cum Christiano suo fa-
 „ctus, interpellat pro eo ad patrem. Sic Rom.
 „8. cum dixisset, se captivari per legem mem-
 „brorum in peccatum, dicit, nihil damnatio-
 „nis est iis, qui sunt in Christo Jesu, qui non
 „secundum carnem ambulant.

„Non ait, nihil peccati, sed multum pec-

C

„cati

„cati est adhuc reliquum, verum, non damna-
 „tioni imputatur. In hoc myſterium videtur
 „Chriſtus in cruce dixiſſe, conſummatum eſt, an-
 „tequam moreretur. Quare omnes ejusmodi
 „juſtorum commendationes, eodem modo in-
 „telligendæ ſunt, quod non omnino in ſe-
 „ipſis perfecti ſint, ſed in DEO reputante & igno-
 „ſcente, propter fidem filii ſui Jeſu Chriſti, qui
 „eſt propitiatorium noſtrum. Hæc longe B.
 „Aug. lib. de natura & gratia., Hæc Lutherus
 „loco citato.

Et ſub finem capitis Vti ejusdem Epiſtolæ,
 Commentario poſteriori fol. 426. 4. b. ſequen-
 tia habet:

*„Qui autem ſunt Chriſti, carnem ſuam cru-
 „cifixerunt, cum affectibus & concupi-
 „ſcentiis.*

„Ille totus locus de operibus oſtendit, vere
 „credentes non eſſe hypocritas. Ideo nemo
 „ſeipſum decipiat. Quicunque, inquit, ad
 „Chriſtum pertinent, crucifigunt carnem cum
 „morbis & vitiis. Sancti enim, quia nondum
 „exuerunt prorsus carnem vitiatam, propenſi
 „ſunt ad peccandum, non ſatiſtiment & diligunt
 „Deum &c. Item, ſollicitantur ad iram, invidiam,
 „impatientiam, libidinem & ſimiles motus, quos
 „tamen non perficiunt, quia, ut Paulus hic ait,
 „crucifigunt carnem cum paſſionibus & vitiis.
 „Quod fit, cum non ſolum jejniis aut aliis exer-
 „citiis petulantiam carnis reprimunt, ſed, ut ſu-
 „pra Paulus dixit, cum Spiritu ambulant, hoc eſt,
 „cum admoniti divinis comminationibus, qui-
 „bus